

Henelius, nro. 1650. Jan. II.

ACCLAMATIO

NOBILISSIMO, STRENUO, AMPLISSIMOQ.
VIRO

DN. NICOLAO HENELIO

AB HENNEFELD, JC.

SAC. CÆS. MAJESTATIS,

UT ET

ILLUSTRISS. DUCIS LIGII

CONSILIARIO,

DUCATUS MONSTERBERGICI AC TERRITORII
FRANCOSTEINENSIS

PRO-CANCELLARIO,

AC REIPUBL. VRATISLAVIENSIS

SYNDICO,

DIGNISS. MERITISSIMOQ.

CUM A. C. CIO IDC L.

III. EID. JANUARI

SUUM SEXAGESIMUM NONUM

NATALEM FELICITER CELEBRARET;

MÆCENATI SUO SUMMO

LUBET M. Q. DICATA CONSECRATA Q.

CHRISTOPHORO COLERO.

BRESLÆ,

Typis BAUMANNIANORUM Hæredum

exscripta.

GENIO HENELIANO
SAC.
NICOLAE HENELI

V. A.

AD III. AUSPICALIS MENSIS JANUARII

A. C. c^lo I^o L. EID.

HOC EST

SEXAGESIMUM NONUM NATALEM,

TIBI L. M. Q. ACCLAMO

FELICITER!

HOC ENIM FËSTO DIVÆ HONORATÆ DIE,

TE HONORATUM CÆLI DEPOSITUM,

NEAPOLIS SILES. SUPER. OPPIDUM,

GENIO AERIS, SOLI, REIP. SCHOLÆQ.

CUM PAUCIS ALIIS FELIX,

A. C. c^lo I^o LXXXII.

NOVA GREGORIANA EPOCHA

MEMORABILI:

LOCO ET GENERE HONORATO

ORTUM,

PATRE QUIDEM M. STEPHANO HENELIO,

NICOLAI F. STEPHANI N.

ECCLES. NEAPOL. ANTISTITE,

AC THEOLOGO CLARISS.

MATRE ANNA, GENTE KENIANA,

MATRONA ORNATISS.

EXCEPIT:

EXCEPTUMQ. ULNIS SUIS

MUSÆ ET GRATIÆ

STUDIIS HUMANITATIS LACTARUNT;

PALLAS, SUADA, AC THEMIS,

CORDE ET ORE,

FOR-

FORMARUNT ET FIRMARUNT,
NON SCHOLÆ AC UMBRÆ,
SED CIVILIS VITÆ LUCI.
QUIPPE A PATRIÆ MANU ACCEPTUM
BONÆ MENTIS ALUMNUM,
VRATISLAVIA COMMUNIS INGENIORUM
SILESIACORUM NUTRIX,
PHILOLOGIÆ ET PHILOSOPHIÆ
INITIAMENTIS BENE PRÆPARAVIT;
JENA IN ILLUSTRIS JCTORUM SCHOLA
ENUTRIVIT.

VIRTUS ET FORTUNA ACADEMICIS STUDIIS
MATURO MERENTIQ.

MAGNUM ILLUM MUSAGETAM,

V. N. NICOLAUM RHEDIGERUM

MÆCENATEM ET TUTELAREM PRÆSTITEM
OBTULERUNT.

QUO, UT DOMI INSTITUTIONE
NOBILIS STRISANÆ JUVENTUTIS

BENEMERITUS,

HOSPITALI APOLLINE,

ITA FORIS VIALI MERCURIO USUS,

CUM IISDEM ILLUSTRIBUS

PATRIÆ NOBILITATIS SPEBUS,

PEREGRI MISSUS,

PRÆCIPUAS GERMANIÆ, GALLIÆ, ITALIÆQ.

ACADEMIAS, AULAS, ET CURIAS

PELLUSTRASTI.

INTER PEREGRINANDUM GENABI

AURELIANORUM,

PRO SECVLI MORE SUMMUM IN JURE

HONORFM,

PUBLICA SOLLENNITATE MERITUS;

PATAVII



PATAVII AUTEM IN VENETORUM PALLADIO,
IN OMEN FUTURÆ DIGNATIONIS
SYNDICUS GERMANICÆ NATIONIS
CREATUS,
SPARTAM EAM EGREGIE PRÆLUSISTI;
HINC SCIENTIÆ, PRUDENTIÆ, ET MORUM,
TRIPLICI USU EDECUMATUM,
MATER SILESIA GREMIO SUO RECEPIT:
RECEPTUM NEGOTIO ET OTIO
OPERANTEM,
LEGENDO ET SCRIBENDO,
CONSULENDO ET AGENDO,
OCCUPATUM;
IMPP; CÆSS: AUGUSTISS.
ILLUSTRISS: PRINCIPP. ET ORDINIBUS
PROVINCIAE,
AC METROPOLI EJUSDEM INCLITÆ,
PER INTERVALLA TEMPORUM
COMMENDAVIT,
COMMENDATUMQ. INSINUAVIT,
UBI UNIVERSI ET SINGULI
ORNANDUM, AMANDUM, OBSERVANDUM
CENSUERUNT.
INITIO SÉPOSITIS ALIIS SORTIBVS OBLATIS,
MONSTERBERGICI DVCATVS,
AC FRANCOSTEINIÆ DIOECESIOS
SYNDICVS PROVINCIALIS,
ASSVMTVS,
DEINDE NON A DVCE DVNTAXAT LIGIO
GEORGIO RVDOLPHO,
SED ET AB IPSIS GLORIOSISSIMIS
IMPP. FERD. II. ET III.
CONSILIARIVS ALLECTVS:

AB

AB HOC ETIAM AD ORDINEM EQVESTREM
TRANSCRIPTVS;
DEMVM AB EMINENTE SENATV VRATISLAV.
SYNDICVS,
IN LOCVM VIRI SVMMI REINHARDI ROSÆ,
SVBROGATVS ES.
UBI IN SINGULIS PROVINCIIS,
DOMINIS TUIS,
IN AGENDO DEXTERITATEM,
IN SENTENTIA FERENDA LIBERTATEM,
IN SCRIBENDO CANDOREM ET FIDEM,
APPROBASTI.
MACTE VIR AMPLISSIME HOC NATALITIO
MUNERE,
NON AUREO, SED AURO CONTRA CARO,
CHARACTERE CONSUMMATÆ BEA-
TITUDINIS
TUÆ CIVILIS INDIGITATO!
ET BENE FACIENDO,
ET BENE DICENDO,
UTROQ. PAUCIS DATO DEI MUNERE,
AMBIDEXTER DE UNIVERSA SILESIA,
BENE MERERI PERGE.
AUCTOR RERUM PATRIÆ,
DEUS TE SOSPITET!
SCRIPTOR RERUM PATRIÆ,
DEUS TE SOSPITET!
SI UNICO VITÆ DATORI VISUM,
VOX SONAT TOTIUS SILESIAE UNANIMIS:
VIVE

VIVE DIU MATRI PATRIÆ PATER OPTIME: TECUM
O POSSIM PROPRIOS CONTRIBUISSE DIES!

EADEMQ POST FATA TUA,
(UTINAM SERISSIME EVENIANT!)

MERITISSIMI CONSÌ SUI
FAMÆ ORBI NOTÆ,
VIRTUTIQ. CÆLO RECEPTÆ,
OLIM TEMPLUM PERENNITATIS
EXSTRUET,

ARAMQ. IN EO ERIGET,
PEPLO RERUM TUARUM
GESTARUM SCRIPTARUMQ.
APPENSO EXORNATAM.

IN QUO,
QUICQUID EX HENELIO
ET PRÆSENS ÆTAS
AMAVIT ET ÆSTIMAVIT,
LOQUENTE PICTURA HAC EXPRESSUM,
ET SERA POSTERITAS MIRABITUR,
SUUM CUIQUE DECUS EX ÆQUO
REPENDENS,

IN EXEMPLUM SUCCESSURIS,
MANSURUM EST IN ANIMIS
PROCERUM ET POPULI

SILESI,
IN ÆTERNITATE TEMPORUM,
IN FAMA RERUM.
FIAT, JEHOVA, FIAT!

GAL-

GALLICINIUM AD SILESIAM.

*D*IVA vicinis sociata quondam,
Accolis LECH, Ducibus PIASTI
Posteris, sed nunc sociata CECHI

SLESIA Regno.

*Rege sub Bojo Capite eminenti,
Austriis secura Aquila sub Alis,
Corporis mixti populo nec uno*

Nobile Membrum.

*Clarior quondam studiis duelli,
Nunc toga prestat, sapientiãq.
Pacis, in justã moderatione*

Ducere civem.

*Hunc Diem festo celebres honore,
Hunc Diem lato recinas sonore,
Quo datum celfo tibi tam beatum*

Pignus ab axe.

*Quo sacrum GALLUS caput efferebat,
GALLUS in somni vigilans labore,
Excubans pro re patria salutis,*

Martis ut ales.

*Gallus ut cali speciosa templa,
Suspicit, cantuq. diem sonoro
Provocat primam, reducemq. lato*

Nunciat ore.

*Ille sic GALLUS, monito Platonis,
Luce cum serò moriente ocellos
Claudit, ac ipsos aperit vicissim*

Luce renatã.

*Gallus exclusis velut ales ovis
Incubat, chara socius marito,*

Milvius

Milvius pullis abigit rapaces

Accipitresq.

Sic suam hic GALLUS patriam maritam

Ardet, & curâs gremio repostam,

Ac salutari rationis escâ

Nutrit amicam.

Una mens GALLI, sapiensq; lingua,

Plurium dextras regit atq; vincit,

Impetum vulgi retinet ruentis

In sua damna.

Visus est Gallo Leo cepi perosus,

Ac venenato Baliscus ore;

Sic nefas odit, scelus, atq; fraudum

Retia Noster.

Hunc, Pater rerum, Bone Sospitator,

Sospites GALLUM vigilem salutis

Patria, noctesq; diesq; Matris

Excubito rem.

Ut suo cantu patriam sepultam

Excitet somno, vigiliq; curâ

Adjuvet magnos Proceres, & omnem,

SLESIA, plebem.

Una vox cantet populi universi;

VIVAT HIC GALLUS PYLIAM SENECTAM,

QUO TUIS POSSIT VIGILARE LONGUM,

PATRIA, REBUS.

